

ND-FORMEN : substantivierter / deklinierter Infinitiv**cf. das Singen / zu singen**

ars canendi – Kunst des Singens , Kunst zu singen

ars gubernandi

die Möglichkeit, die Königin zu sehen - facultas videndi

reginam videndi / reginae videndae

1. nur ND, nichts von ND abhängig

GENETIV – nach Wörtern, die den Gen. verlangen

studium rerum pulchrarum

studium litterarum, studium eloquentiae

studium scribendi

cupiditas divitiarum - cupiditas bene vivendi

(selten im Dativ)

bloßer ABLATIV - instrumental

Lacedaemonii laboribus erudiunt iuventutem, venando currendo

nach PRÄPOSITION

z.B.:

ad + Akk.

paratus ad misericordiam – paratus ad discendum

de + Abl., in + Abl.

cogitare de

positum esse in aliqua re

2. Objekt dazu : Frage: abhängig von Präposition?

nd- nicht von Präposition abhängig:

Genetiv:

studium scribendi

studium libros scribendi (oder Gerundiv: studium librorum scribendorum)

Abl. instr.: delector labore

delector socios defendendo (oder: sociis defendendis)

... me laudandis maioribus meis corrupisti.

Objekt ist Pronomen im Neutrum: nur: cupiditas id videndi

Objekt ist Neutr. eines Adjektivs: nur: ars vera ac falsa diiudicandi

nd- von Präposition abhängig:

locus aptus ad bellum

locus aptus ad pugnandum

locus aptus ad bella gerenda

redeamus ad veritatem quaerendam - kommen wir wieder dazu zurück, die Wahrheit zu suchen

redire ad aliquid – Präposition - quaerere veritatem, AkkObj – Gerundiv

in libris Graecis legendis operam consumunt

operam consumere in aliqua re – legere libros, AkkObj. - Gerundiv

non est aptus ad id munus fungendum - er ist nicht geeignet, dieses Amt auszuführen

aptus ad – fungi munere - uti, frui : im Gerundivum als transitiv behandelt, aber NICHT im Nom.

3. PRÄDIKATIVES GERUNDIVUM

etwas muss getan werden (verneint i.d.R.: darf nicht getan werden)

prädikatives Gerundivum, mit Form von esse

Frage: ist das Verb transitiv oder intransitiv?

1. transitive Verben

liber legendus est – das Buch muss gelesen werden

liber mihi legendus est – ich muss das Buch lesen, Dativus auctoris

legere librum, transitiv : persönliche Konstruktion (KNG) des prädikativen Gerundiv

corpus exercendum est – man muss seinen Körper trainieren

exercere corpus, transitiv : persönliche Konstruktion des prädikativen Gerundiv

populus fugiendus est - man muss das Volk meiden

fugere aliquem – vor jemd fliehen

2. intransitive Verben:

iis consulendum est - man muss ihnen helfen

consulere alicui, intransitiv: consulendum est + Dativobjekt , „unpersönlich“ (=neutr. Sg.)

dolori contentione animi resistendum est - man muss dem Schmerz widerstehen

resistere alicui rei, intransitiv -> unpersönlich: resistendum est + Dativobjekt

Lucio Romae manendum est – L. muss in Rom bleiben

manere, intr. -> unpersönlich, Dativus auctoris

Romam fugiendum est – man muss nach Rom fliehen

fugere hier intransitiv – unpersönlich

vobis utendum est sentiis optimis - Ihr müsst die besten Meinungen der Philosophen verwenden. – es muss

verwendet werden

Notwendigkeit, prädikatives Gerundiv - uti + Abl. (Vorsicht in den anderen Kasus)

Non in foro solum semper utendum est verbis prudentibus. Nicht nur auf dem Forum muss man immer

vernünftige Worte gebrauchen.

@B.Schröder (SoSe2014)

nunc quid agendum sit ipsi considerate.

... sapientia, quae ars vivendi putanda est ...

his libris quaeritur, quo sint omnia bene vivendi recteque faciendi consilia referenda

nobis utendum est rebus secundis

arbitratur occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse

cavendum est, ne quid in eo genere peccetur.

ambulandi studio a rebus gerendis abduci contra officium est

BEISPELE zum NACHdenken

Gerundium

initium requiescendi atque animum ad praeclara studia referendi (Cic. de orat. 1,1).

... nemo fere laudis cupidus adulescens non sibi ad dicendum studio omni enitendum <esse> putavit. (Cic. de orat. 1,14)

auditis oratoribus Graecis cognitisque eorum litteris adhibitisque doctoribus incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagraverunt. (Cic. de orat. 1,14)

Quis autem dubitet, quin belli duces ex hac una civitate praestantissimos paene innumerabiles, in dicendo autem excellentes vix paucos proferre possimus? (Cic. de orat. 1,7)

Ac ne illud quidem vere dici potest, aut plures ceteris (sc. artibus) inservire aut maiores delectatione aut spe uberiore aut praemiis ad perdiscendum amplioribus commoveri. (Cic. de orat. 1,13)

Gerundivum – KNG-Kongruenz

Primum mihi est de genere belli, deinde de imperatore deligendo dicendum. (Cic. imp. Pomp. 6)

Dicunt eum, qui huic successerit, non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum.

... ut aut voluptates omittantur maiorum voluptatum adipiscendarum causa aut dolores suscipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia. (Cic. fin. 1,10,36)

... ut aut reiciendis voluptatibus maiores alias consequatur aut perferendis doloribus peiores repellat. (Cic. fin. 1,10,32)

Prädikatives Gerundivum – Gerundivum neben Form von esse – Vorsicht bei Verneinung

Fatendum est summum esse bonum iucunde vivere. (Cic. fin. 1,12,42)

Ac mihi repetenda est veteris cuiusdam memoriae ... recordatio ... (Cic. de orat. 1,4)

... tu autem illam (sc. eloquentiam) ab elegantia doctrinae segregandam <esse> putes et in quodam ingeni atque exercitationis genere ponendam. (Cic. de orat. 1,5)

tenenda praeterea est omnis antiquitas exemplorumque vis neque legum ac iuris civilis scientia neglegenda est (Cic. de orat. 1,18)

und jetzt im ZUSAMMENHANG :

Sunt autem quaedam officia etiam adversus eos servanda, a quibus iniuriam acceperis. Est enim ulciscendi et puniendi modus – atque haud scio an satis sit eum, qui lacesserit iniuriae suae paenitere – ut et ipse ne quid tale posthac et ceteri sint ad iniuriam tardiores. Atque in re publica maxime conservanda sunt iura belli. Nam cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium sit hominis, hoc beluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, ut sine iniuria in pace vivatur, parta autem victoria conservandi ii, qui non crudeles in bello, non inmanes fuerunt. [...] Mea quidem sententia paci, quae nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum. In quo si mihi esset obtemperatum, si non optimam, at aliquam rem publicam, quae nunc nulla est, haberemus. Et cum iis, quos vi deviceris, consulendum est, tum ii, qui armis positis ad imperatorum fidem confugient, quamvis murum aries percusserit, recipiendi. (Cic. off. 1,34 f.)

... Atque illae quidem iniuriae, quae nocendi causa de industria inferuntur, saepe a metu proficiscuntur, cum is, qui nocere alteri cogitat, timet, ne, nisi id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur, ut adipiscantur ea, quae concupiverunt; in quo vitio latissime patet avaritia. Expetuntur autem divitiae cum ad usus vitae necessarios, tum ad perfruendas voluptates. In quibus autem maior est animus, in is pecuniae cupiditas spectat ad opes et ad gratificandi facultatem ... (Cic. off. 1,24 f.)

A

tque etiam si quid singuli temporibus adducti hosti promiserunt, est in eo ipso fides conservanda, ut primo Punico bello Regulus captus a Poenis, cum de captivis commutandis Romam missus esset iurassetque se rediturum, primum, ut venit, captivos reddendos in senatu non censuit, deinde, cum retineretur a propinquis et ab amicis, ad supplicium redire maluit quam fidem hosti datam fallere. (Cic. off. 1,39)

Omnino illud honestum, quod ex animo excelso magnificoque quaerimus, animi efficitur, non corporis viribus. Exercendum tamen corpus et ita afficiendum est, ut oboedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis et in labore tolerando. Honestum autem id, quod exquirimus, totum est positum in animi cura et cogitatione; in quo non minorem utilitatem afferunt, qui togati rei publicae praesunt quam qui bellum gerunt. Itaque eorum consilio saepe aut non suscepta aut confecta bella sunt, non numquam etiam illata, ut M. Catonis bellum tertium Punicum, in quo etiam mortui valuit auctoritas. Qua re expetenda quidem magis est decernendi ratio quam decertandi fortitudo, sed cavendum, ne id bellandi magis fuga quam utilitatis ratione faciamus. (Cic. off. 1,79 f.)